

NUMMUS TRIUMPHALIS GUIDI RANGONII COMITIS

tentatâ Genuâ : capto Cariniano : expugnâtâ
Carmaniolâ. Anno Christi

1536.



U M, Imperatore Carolo, in bracata Gallia bellum geren-
te, Nassovius Guisam cepisset in Picardia: Joannes Jacobus
Medices, Gallicas excursiones acriter propulsaret, castraq;
Taurinum usque promoveret: ibi tum Guido Rangoni-
us Comes, pro re natâ Gallicarum partium in Italia studiosus,
hortatore & expeditionis comite Casare Fregoso, ex im-
provviso Genuam festinans, nullo tormentorum præludio, scalis admo-
tis subito oppugnavit: sed is singulari fortitudine Genuensium (maximè
vero virtute Augustini Spinulæ, & Baptistæ Corfi, cui cognomen erat
Farinæ (hi enim vero qua ex parte Rangoni milites irruptionem intentab-
ant, confirmatis suis, hostem acriter propulsabant) post ancipitem dîmi-
cationem tandem est repulsus. Salus profecto Ligurum, præsentia ducum,
tunc præcisè stetit: quorum quidem fuit victoria, at non inercuta. Exstitit
enim ferè par oppugnationum, & propugnationum clades: in quibus tamen
Farina est concisus: Quod Fregosi consilium ubi malè vertit Rangonio, à
Liguribus ad Thaurinas Gallorum stationes se subduxit. Casariani autem
his cognitis Thurino statim discedunt: ob id Rangonius apparentis victo-
riæ vestigiis insistens Carinianum copias admovent. Quod etsi magno impe-
tu invadit resistentibus fortiter oppidanis primò repulsam patitur: sed dum
is novam adornat irruptionem, ij qui intra oppidum erant, & propter prio-
ris insultus cladem, & propter sauciatos quam plurimos militum propugna-
torum, incolumitatem pacti Rangonio se tradiderunt. Capto igitur dedi-
tione Cariniano, Carmaniolam ex Salussana jurisdictione, cum multis aliis
oppidis, vi expugnat. De symbolo cogitationes hæmex: *signari virum for-
tem tauri imagine, viribus lacertisq; suis obvia quæq; prostermentis: mancos interim
atq; frustraneos ejus esse conatus: nisi Deus super eum alas suas extendat: nisi vi-
etoriam ipse (palma hujus hieroglyphicum) per angelos suos
largiatur. Ludovic. Guicciardinus.*

Author.